Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36447
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift



inmunē amorte peccati: prius erat eius misericor
dia prerogandа: & post exerendum iudicium; Quia
de illo cantauerat psalmus, Misericordiam & iudi
cium: cantabo tibi dnē, Non enim ait iudicū: & mise
ricordiam: nam si primo erat iudicium: nulla esset
misericordia, Sed primo misericordia: post ea iudi
cium, quae ē primo misericordia: creator hominis
homo: eē dignatus ē; Factus est quod fecerat: nē pe
rire quem fecerat, Quid huic misericordiae addi pot
est: & tamen addidit; parum fuit ei hominem fieri:
sed etiam ab hominibus reprobari, parum erat repro
bari & exhonorari: parum erat exhonorari & occidi;
sed & hoc parum est morte crucis, Nam & cum eius
obedientiam usque ad mortem. factam cōmenda
re apts: parum illi fuit dicere factus obedienS usque
ad mortem, Non enim qualicumque morte: sed ad
didit: mortem autē crucis, Illa morte peius nihil fu
it: inter omnia genera mortium, Denique ubi dolo
res acerrimi exagitant: cruciatus uocatur: a cruce.
nominatus; pendentem in ligno crucifixi: clauis ad
lignū pedibus manibusque confixi: producta morte neca
bantur, Non enim crucifi gi hoc erat occidi: sed diu